

# DOM. I. JULII.

OFFICIUM PRETIOS. SANGUINIS D. N. J. C.

## DUPLEX MAJUS. AD VESPERAS.

*Ant.* Quis est iste qui  
venit de Edom, tinatis vés-  
tibus de Bosra? Iste for-  
mosus in stola sua.

*Ps.* Dixit Dominus, cum  
reliquis de Dominica, et loco  
ultimi *Ps* Laudate Domi-  
num, omnes gentes.

*Ant.* Ego qui loquor jus-  
titiam et propugnator sum  
ad salvandum.

*Ant.* Vestitus erat veste  
aspersa sanguine, et voca-  
tur nomen ejus Verbum  
Dei.

*Ant.* Quare ergo rubrum  
est indumentum tuum, et  
vestimenta tua, sicut cal-  
cantum in torculari?

*Ant.* Torcular calcavi  
solus et de gentibus non est  
vir mecum.

## C A P I T U L U M .

[Hebr. c. 9.]

**F**RATRES, Christus assis-  
tens Pontifex futurorum  
bonorum per amplius et  
perfectius tabernaculum  
non manufactum, id est non  
hujus creationis, neque per  
sanguinem hircorum aut  
vitulorum, sed per proprium  
sanguinem introivit semel  
in Sancta, æterna redemp-

tione inventa.

## HYMNUS.

**F**ESTIVIS resonent com-  
pita vocibus  
Cives lætitiam frontibus  
explicant,  
Tædis flammiferis ordine  
prodeant  
Instructi pueri et senes.  
Quem dura moriens Chris-  
tus in arbore  
Fudit multipli vulnere  
Sanguinem,  
Nos facti memores dum co-  
limus, decet  
Saltem fundere lacrymas.  
Humano generi perni-  
cies gravis  
Adami veteris crimine con-  
tigit,  
Adami integritas et pietas  
novi  
Vitam reddidit omnibus.  
Clamorem validum sum-  
mus ab æthere  
Languentis Geniti si Pater  
audiit,  
Placari potius Sanguine de-  
buit,  
Et nobis veniam dare.  
Hoc quicumque stolam  
Sanguine proluit,  
Abstergit macular, et ro-  
seum decus.  
Quo fiat similis protinus  
Angelis,

A